

I. N. 3.

# DISPOSITIO HOMILETICA

In Verba

*Psalm 21: v. 2, 3, 4.*

*pie tractanda*

Cum sacrae unctionis & regiae Coronationis

Serenissimi & Potentissimi REGIS

## CAROLI DUODECIMI;

Svecorum, Gothorum, Vandalorumque

Regis, Magni Ducis Finlandiae; Ducis Scaniae, Aesthoniae, Livoniae, Careliae, Bremae, Verdae, Stetini-Pomeraniae, Cassubiae & Vandaliae; Principis Rugiae; Domini Ingriae & Vis-

mariae; Nec non Palatini Comitis ad Rhenum; Bavariae,

Juliaci, Cliviae, & Montium Ducis, &c.

Regis ac Domini nostri Clementissimi

Solennitas a. d. 14. Decembr. A. M. DC. XC. VII.

Celebrata, piis votis & desideriiis recoleretur

a. d. 3. Martii A. M. DC. XC. VII.



*Arasc. 1. Reg. 2: v. 45. Verba ista regia tum assertive, tum votive capi possunt. Assertit Salomoh, postquam injuncta opera tum misericordiae v. 7. tum justitiae & plura explesset, se tamen esse in Dei benedictione, quodq; solum & regnum Davidis foret firmum. Noverrat scilicet. Sapientissimus Rex, tam ex suprema adhortatione parentis, v. 3, 4. 1. Chron. 29: v. 9. seq. quam praescripto statutorum Dei, v. 3. Deut 17: 18, 19, 20. non impediente in juvene dexteritatem iudicij aetate, v. 6, 9. pio Magistratus, cui suas in terris vices demandavit Deus, 2. Chron 19: v. 6. Rom. 13: v. 4. qui & ipse non tantum miserator, Psal. 86: v. 15. & 103: v. 8. cujus misericordiae usq; ad caelos*

A

caelos

*Carl. Gust. Wallm.*



coelos magnificata, Psal. 57: v. 11. sed insimul etiam justus est Psal.  
 33: v. 5. cui omnis injustus abominatio, Prov. 17: v. 15. vid. Deut.  
 7: 9 12 Psal. 5: v. 4, 5, 6. & qui in regibus quoq; impietatem vin-  
 dicat Hiob. 34: v. 19. Sap. 6: v. 6, 7. unde *justitia & judicium prepa-  
 ratio sedis ejus*, Psal. 89: v. 15. & 97: v. 2. non aliam magis virtutem  
 convenire, quam misericordiam & beneficentiam erga subditos affli-  
 ctos & morigeros, Esa. 1: v. 17. Jer. 21: 12. Luc. 22: v. 25 justitiam  
 v. & severitatem adversus nefarios ac perversos, Hiob. 29: v. 12-17.  
 Conf. 1. Reg. 8: v. 32. utramq; a. ubi decenti prudentia sic tempera-  
 tur, ut nec pressi calamitate animum auxilii inopes despondeant, nec ma-  
 lefici peccatorum securi insolescant, Deut. 19: v. 20. non vivam modo  
 imaginem summi Regis in vicariis ejus exprimere, Syr. 4: v. 8 11.  
 Sed omnigenam quoq; benedictionem & optatam firmitudinem throno  
 regali conciliare, Prov. 3: v. 3, 4. & 16: v. 12, & 20: v. 28. & 25: v. 5.  
 & 29: v. 14. vid. Hiob. 29: v. 13, 14, 19, 20. uti ex adverso inclemen-  
 tia ac injustitia omnia pessum ire, Prov. 29: v. 2, Sap. 6: v. 1. quocir-  
 ca etiam hic, cum ex norma aequitatis hujus, quae in adnexa quoq; promissio-  
 ni conditione videbatur inclusa v. 4. 2. Chron. 7: 17, 18. rem gesserit,  
 non dubiam sibi à Domino, quam hactenus expertus erat v. 12. 1. Reg.  
 3: v. 56. pollicebatur felicitatem, non temporariam solio suo dura-  
 tionem, Prov. 10: v. 29. 27. *Maq; dubitandum. quin simul utrum-  
 que ardentem voverit.* Etenim meminerat, in omni disciplina pater-  
 na, sub institutione Nathanis, eductus 2. Sam. 12: v. 25. sine benedi-  
 ctione divina omnem conatum etiam in regni negotiis fore irritum,  
 Psal. 127. v. 1. seq; nec inscius erat, quam miserabile fuit Sauli regnum  
 statim eripi 1. Sam. 13: v. 14. seq. quare pro eo quoq;, quo erat in  
 populum amore, quem ipsius Dei peculium suspexerat, 1. Reg. 8: v. 51.  
 Conf. Exod. 19: v. 4, 5. multisq; parentis sui meritis devinctum ha-  
 bebat, pro suo in parentem affectu, Prov. 4: v. 3. quo non imme-  
 ritò optabat ejus à sanguine nunquam defururum Virum, qui super  
 folio Israelis resideret v. 4. pro studio deniq; suae posterita-  
 tis, non potuit non divinam benedictionem, tam sibi quam uni-  
 verso regno suo, perennitatemque throno Davidis, in cujus possessio-  
 nem venerat ipse, impense desiderare. Maxime cum pia devotione &  
 fide indubia secum tractaret, promissiones spirituales Davidi factas  
 de *successione aeterna* in Messia, ex semine ejus post mortem & fata illius  
 venturo, 2. Sam. 7: v. 12 Psal. 132: v. 11. de quarum veritate

*[Handwritten signature and notes in brown ink, including the name 'Johannes...' and other illegible text.]*

v. 4. Psal. 33: v. 4. tantum abest ut non cogitaverit, ut etiam se in typum rei positum, æque ac Pater 2. Sam. 7: v. 19. cujus informatione usus, Prov. 4: v. 4. vestigiis pariter insisteret 1. Reg. 3: v. 3. non ignoraret, Cant. 3: v. 11. certe una cum multis Messiam in carne videre optaret, Cant. 8: v. 1. seq. Luc. 10: v. 24. unde non mirum, si hic quoq; instigante & adflante Spiritu fidei 2. Cor. 4: v. 13. intimos ejusdem desiderii motus senserit, vid. Rom. 8: 26, 27.

Serenissimus & Potentissimus Rex CAROLUS XII. *Suecorum, Gothorum, Fandalorumq; Rex, Magnus Dux Finlandia, &c.* (Recitetur integer titulus Regius) *Rex ac Dominus Noster Clementissimus*, in multis est benedictus pietate, sapientia, animo benigno, pace in qua regnum avidum adivit, quamq; Europæ feliciter procuravit, regno Evangelico eodemq; multis modis à *Beatissimo & Gloriosissimo Patre CAROLO XI.* firmato, ornato ac ordinato. Etiam in CAROLO XII & per benedictam Ejus posteritatem thronus CAROLI XI. erit firmus coram Domino. Hic Regius hæreditarius merito à CAROLO XI. ut Salomoneus à Davide celebretur, quia is in CAROLO XI. à CAROLO GU. STAVO factus hæreditarius, & CAROLUS XI. regnum Sveo-Gothicum è summis periculis Deo auxiliante extraxit, ac curis indefessis postmodum stabilivit. Jam v. ut seram *Clementissimo Regi nostro* voeamus benedictionem, pietas & salus nostra postulant, Jer. 29: v. 7. urget Apostolus 1. Tim. 2: v. 1, 2. præcunt exempla piorum subditorum, 1. Reg. 1: v. 34. 2. Reg. 11: v. 12. & facimus id hoc die cumprimis, qui peculiariter isti devotioni est dicatus, eo impensius, quo certiores sumus has preces nostras, dum pœnitenti corde & vera fide funduntur, non fore frustra, Psal. 145: v. 18. 1. Joh. 3: v. 22. cum enim oramus pro vita Regis Bar. 1: v. 11, 12. promittit eam Deus Psal. 61: v. 7. cum voeamus Regi protectionem Divinam Psal. 20: v. 2, respondet gratiose Psal. 91: v. 14. cum invocamus Deum de exauditione precum Ejus Psal. 20: v. 5. audimus Spiritus Dei verbû Prov. 10: v. 24. cum convertimus nos ad Regem cum voto è Psal. 20: v. 3. possumus statim capere solacium è proxime sequenti Psal. 21: v. 6. & quilibet pius subditus erumpere in gratiarum actionem è Psal. 20: v. 7. Quin itaq; collatis ardentissimis suspiriis voeamus omnes, velit Deus *Sacram Regiam Majestatem* confortare Spiritû, implere sapientia & semper sanctissima sua gratia Ipsi adesse, Luc. 2: v. 52. quod ipsum, juxta auxilium Spir. Sancti, ad veram in hac solennitate devotionem, in nomine JESU CHRISTI implorabimus &c.

TEXTUS, Psalm. 11: v. 1, 3, 4.

**E**xord. 1. Chron. 30: (al. 29.) v. 23. Ad descriptionem scelerata inaugurationis Regis Salomonis ista notavit Spiritus S. *Thronus* nempe (1) à DEO denominandus erat, *Hædrans Stool* / vel ut Cap. 29: v. 5. *Hædrans Rites Stool* / namq; populus, cujus Rex erat, peculiari ratione erat Dei populus 1. Reg. 8: v. 51. ejusq; Reges Dei vicarii salutabantur 1. Chron. 30: v. 22. 2. Chron. 1: v. 11. & 9. v. 8. Psalm. 61: v. 8. Deus n. gentis suæ verus Rex ac Protector 1. Sam. 8: v. 7. & 12. v. 12. Esa. 26: v. 12, 13. add. Soph. 3: v. 14. de cætero regnum Davidis & Salomonis typus erat regni *Domini* Messiaë insignis, Jer. 23: v. 5, 6. Luc. 1: 32. deniq; thronus regius tunc ex singulari Dei destinatione, quod & Adonias agnoscit 1. Reg. 2: v. 15. Salomoni cessit 1. Chron. 29: v. 5. Sap. 9: v. 7. In Dei gloriam 1. Reg. 10: v. 9. (2) *Regius hereditarius*, *En Konung i sin Faders Davids Stad* / spectant huc dicta & promissiones Davidi factæ, etiam de successione temporali e. g. 1. Reg. 11: v. 34, 36. &c. (3) *Felix*, *Ob wardt lyckosam* / 1. Chron. 30: v. 25. conf. 1. Reg. 10: v. 23. seq. quæ throni Salomonis felicitas, partim ex sapientissima administratione 2. Chron. 9: v. 5, 6. partim opum & cultus regalis magnificentia summa 2. Chron. 9: v. 13. seq. partim deniq; ex alta pace & tranquillitate tot annorum æstimari potest Syr. 47: v. 14, 15. queis omnibus & regnum univ. oppid. consummabatur, 2. Chron. 1: v. 1. & gloria Regis Salomonis nimium quantum excrevit 2. Chron. 9: v. 22, 23.

Thronus Regius, quem luctuosissimo excessu Augustissimi quondam Regis nostri CAROLI XI. vacuum factum, jam per immensam in nos Dei gratiam insidet & ex æquo implet *Serenissimus Rex noster* CAROLUS XII. qui ut Salomoh 1. Chron. 30: v. 22. sacro unctionis ritu coronationem suam reddidit solennem; non immerito à Deo nomen refert: non solum ex communi illa causa, qua omnis legitima potestas divinam agnoscit originem, Jer. 27: v. 5. Dan. 2: v. 21. Rom. 13: v. 1. & ipsius Dei vices obit in terris, Psalm. 82: v. 7. sed & quia in regno pure Evangelico, super filiis & filiabus Dei, Sap. 9: v. 7. ipsius Dei nomine inhabitato, Conf. 1. Reg. 11: v. 36. vera spiritus Domini & verbi ejus luce conlustratur, Esa. 60: v. 3. Apoc. 14: v. 6, 7. Sulcepit *Salomoh* fere viginti annorum juvenis plenam administrationem paterni solii: *Serenissimus Rex* CAROLUS nondum sextum decimum ætatis annum egressus, stupendo Heroicæ fortitudi-

nia

*Handwritten notes in brown ink, including the name 'Carolus XII' and other illegible scribbles.*

his exemplo, cui par ut multa secula non audiverunt, ita postera ætas vix expectabit, amplissimi paterni imperii falces capessit, dicens: *Dominus mihi adiutor - fortitudo & laus mea Dominus &c.* Psalm. 118: v. 6, 7, 13. Commendatur pietas *Salomonis* in ædificando templo, in ordinatione cultus & omnis sacre suppellectilis, in consecratione domus Domini per cæsas victimas & fusas preces, 1. Reg. 8: v. 22. seq. insigniter elucet pietas in *Serenissimo Rege nostro CAROLO XII.* dum puram religionem Evangelicam intime amplectitur, & domum Dei quæ est Ecclesia Dei vivi 1. Tim. 3: v. 15. per latissimi Orbis Sveo-Gothici fines, jam tenerrime fovet, ejus causâ regnum sibi à Domino confirmatum novit, 2. Sam. 5: v. 12. proprioque regio exemplo tam in publicis quam domesticis infucatae devotionis exercitiis, omnibus veræ pietatis facem attollit, ingeminans verba Psalm. 61: v. 5. & 148: v. 11-14. Tantâ fuit sapientiâ *Salomoh*, ut non finitimos solum Reges in admirationem daret, sed omnes in univèrsum imperatores ipsius Dei judicio antecelleret, 1. Reg. 3: v. 12. Vera sapientiâ & omnium humanæ sapientiæ corona, est timor Domini Syr. 1: v. 20, 22, 34: qui in *Serenissimo Rege CAROLO* tantus est, ut quantum jam prudentiâ & judicio supra annos & communem non hominum modo, sed & prinsepum sortem sapit, tantum in posterum veræ illius sapientiæ palmam, ipsi sapientissimo Salomoni dubiam facturus est: sus namq; jure facere poterit verba *DAVIDIS* Psalm. 117: v. 78, 100. *Sapientiæ* Sap. 7: v. 15. Magna erat felicitas Salomoni legitimæ successioni jure ad regnum optime à Patre Davide ordinatum eveni: 1. Reg. 1: v. 48: sed nec minor *Regi CAROLO XII.* quod pariter jure hæreditario, ad vastissimi imperii Sveo-Gothici, per Parentis *Incompambilis Regis CAROLI XI.* Magni indefessas curas, labores immensos, & res felicissime domi forisque gestas pacati, aucti & ordinatissimi gubernacula ascenderit, Conf. 1. Chron. 29: v. 4: Erant subditi *Salomonis* in Juda & Israël, quasi arena maris innumerabiles, & thronus ejus eorum omnium subjectione gloriosus 1. Reg. 3: v. 18. & 4: v. 20, 21. At multo extenduntur latius limites imperii Sveo-Gothici, in quo *Serenissimo Rege CAROLO*, non minor subditorum numerus, in omnibus parendi officiis examussim institutus, fidem, obsequia, reverentiam probare gaudent, gerentes pro symbolo illud Syr. 10: v. 24. Sic demum verum est quod dicitur Prov. 14: v. 28. Conf. Syr. 16: v. 1, 2, 3. Trauquillum gessit & pacatum *Salomoh* imperium 1. Reg. 4: v. 24, 25.

& s: v. 4. Et nos sub felici ac *pacifico* CAROLI *Sceptro*, tot jam annos  
alta & beata pace, inæstimabili Dei ac Divi CAROLI XI. munere,  
fruentes, cantica, laudes & hymnos debemus æterno Numini, Ps:  
9: v. 7. & 46: v. 9, 10. & 66: v. 8, 9. & 124: v. 6, 8. & 147: v. 12, 13, 14.  
Nunc v. ut porro quoque felix sit ac gloriosus thronus *Serenissimi*  
*Regis nostri* CAROLI XII. hodie pijs precibus & sancto desiderio  
rogamus, Psalm. 61: v. 8. Modum a quo id optato cum successu fieri  
confidit *Sacra Regia Majestas*, monstrat non inconvenienter solenni  
regiæ coronationis actui prælectus sacer Textus; Siftitur n. ibi debi-  
ta attentione & compositis in venerationem sanctæ lætitiæ *Serenis-  
simi Regis nostri*, animis expendenda,

*VERA REGII CORDIS CONFORTATIO vel SOLAMEN.*

Voçum, Psalm. 28: v. 7, 8, 9.

Agit Textus noster quod contra Judæos plerosque & alios Ju-  
daizantes, notaverunt Patres & Theologi Orthodoxi, formâ gratula-  
tionis *literaliter* de Christo & regno ejus spirituali. Is quippe jux-  
ta v. 5. resuscitatus è mortuis deinceps non moritur Rom. 6: v. 9. add,  
Esa. 53: v. 8. est quoque, quo v. 7. digitum intendit Spiritus, Semen  
illud benedictum, in quo omnes gentes *æternum* benedicuntur,  
Gen. 12: v. 3. &c. quod v. 9. innuitur, expresse de Christi vir-  
tute exponitur Psalm. 45: v. 5. nec melius in alium quam eum qua-  
drat v. 10. Cont. Esa. 30: v. 33. nexus præterea præcedentis Psalmi  
cum hoc nostro idem ivadet; victor n. David de *Ammonitis*, contra  
quos opem divinam implorat populus. Psalm. 20. aureâ Regi coro-  
nâ detractâ, copias fornacibus tegularum iniecerat, 2. Sam. 12: v. 30,  
31. quare hic devota cum gratiarum actione recolens tam præclaram  
victoriam, simul recordatur *summi Regis Messiæ*, cujus etiam men-  
tionem fecit Psalm. 20: v. 10. & circa temporalem suum triumphum  
vaticinatur simul de triumpho Messiæ spirituali, quem ab *hostibus*  
peccato, morte, inferno, Satana, &c. erat acturus Col. 2: v. 15. de ejus  
*coronâ* v. 4. & quo is modo hostes suos infernali igne tandem sit de-  
structurus, v. 10. seq. Apoc. 19: v. 20, 21. & 20: v. 14, 15. & juxta, hoc  
quasi *ἐπιβίβιον* meditatur, quod ille victor esset aliquando decanta-  
urus. Sed *accommodari* & quodammodo referri solet ad Reges ali-  
os, non quosvis, sed in Christianismo regna tenentes, eosque pios;  
Cujus applicationis occasionem præbet Psalm. 20. proxime anteceden-  
dens

*Thomas de Vico*  
*1711*  
*1712*  
*1713*  
*1714*  
*1715*  
*1716*  
*1717*  
*1718*  
*1719*  
*1720*  
*1721*  
*1722*  
*1723*  
*1724*  
*1725*  
*1726*  
*1727*  
*1728*  
*1729*  
*1730*  
*1731*  
*1732*  
*1733*  
*1734*  
*1735*  
*1736*  
*1737*  
*1738*  
*1739*  
*1740*  
*1741*  
*1742*  
*1743*  
*1744*  
*1745*  
*1746*  
*1747*  
*1748*  
*1749*  
*1750*  
*1751*  
*1752*  
*1753*  
*1754*  
*1755*  
*1756*  
*1757*  
*1758*  
*1759*  
*1760*  
*1761*  
*1762*  
*1763*  
*1764*  
*1765*  
*1766*  
*1767*  
*1768*  
*1769*  
*1770*  
*1771*  
*1772*  
*1773*  
*1774*  
*1775*  
*1776*  
*1777*  
*1778*  
*1779*  
*1780*  
*1781*  
*1782*  
*1783*  
*1784*  
*1785*  
*1786*  
*1787*  
*1788*  
*1789*  
*1790*  
*1791*  
*1792*  
*1793*  
*1794*  
*1795*  
*1796*  
*1797*  
*1798*  
*1799*  
*1800*

dent, & in non paucis quâ adfinitatem argumenti & phraseologia convenientiam cum hoc Psalmo conferendus. Reges n. qui præluent terris verbo Dei collustratis, quorum regna hospitium sunt Ecclesiæ, quorum quoque subditi partem Ecclesiæ constituunt, præ aliis regibus in hujusmodi textibus consolationem maximam habent. In hisce verbis *confortatio cordis optima* traditur: Ubi

*I. Confortatio ipsa. Rex letatur.* Diximus, quod in litterâ Psalmi describatur Regis Messie jubulum: quem *regem* Hieropsaltes mox Psalm. 2: v. 6. dixit, *regem & Deum suum* Psalm. 5: v. 3. *regem æternum* Psalm. 10: v. 16. & quod inprimis observari meretur verfu præcedentis Psalmi ultimo *regem Israelitas exaudientem*: quomodo etiam legimus de *Rege gloriæ* Psalm. 24: v. 7, 8, 9. de Rege Davidi *auxilium promittente* Psalm. 44: v. 5. de Rege cui *sponsa*, adducitur, Psalm. 45: v. 2, 12, 15, 16. de Rege *cum jubilo ascendente* Psalm. 47: v. 3, 7, 8, 9. de Rege cui *judicium commissum*, Psalm. 72: v. 1. & ita deinceps per totum serè librum Psalmorum. Hic Rex Joh. 18: v. 37: quia *Rex Regum* est Apoc. 17: v. 14. & *Dominus gloriæ* 1. Cor. 2: v. 8. communem cum *Patre & Spiritu Sancto* regnandi potestatem habet, 1. Tim. 6: v. 15. quoad *divinitatem* quidem per naturam, vi æternæ generationis Psalm. 2: v. 7. respectu a. *humane nature* Psalm. 21: v. 4. Apoc. 19: v. 16. communicatam per unionis personalis gratiam, Psalm. 45: v. 8. est *Rex spirituum*, Joh. 9: v. 2. 2. Cor. 10: v. 4. *æternus*, Psalm. 45: v. 7. Dan. 7: v. 14. add. Apoc. 11: v. 15. *catholicus* Psalm. 2: v. 8 & 72: v. 8. seq. Zach. 9: v. 10. 1. Cor. 8: v. 6. Eph. 1: v. 21. *absolutissimus* idemque *justissimo* titulo dominii Rom. 14: v. 7, 8, 9. & *presentissimus* Eph. 4: v. 10. in regno quod tenet *gratia* Ps. 110: v. 2. Eph. 1: v. 22. *potentiæ* Ps. 8: v. 7. seq. *gloriæ* Apoc. 7: v. 17. etiam infideles & gentes hoc Christi Regis imperatorium axioma nolint agnoscere, Conf. Luc. 19: v. 11. quos tamen vel demum in ira sua confringet Psal. 2: v. 4, 5. Esa. 8: v. 10. eritq; & illud specimen Majestatis Christi hominis, super qua tantopere in textu letatur; dicit n. Psaltes de hoc æterno Rege: *HEXRE / Konungen frögdar sig. Hebr. Jehovah - Rex letabitur.* Adloquitur Ecclesia, quæ per prosopopeiam introducit grata celebrans mente ac voce *αγαλλιασιν* victoris Filij Dei, nomine *Jehovah*, Deum Patrem Cœlestem, qui Christum hominem regem constituit, agnoscens sic humilissima veneratione, divinam hujus officij, Ps. 21: v. 4. Ps. 2: v. 6. Act. 2: v. 36. nec non commemo-

ratio hic lætitiæ in eo originem Psal. xlv. 7. & 45: v. 8. sunt n. hæc de hominibus  
in Christo natura accipienda, secundum quam adfectum lætitiæ in  
Deo perferit, oleo exultationis unctus, Hebr: i: v. 9. Quod in  
Hebr. sonat *lambitur*, benè reddidit interpres Svecus *Ron. frög-*  
*dar sig i. e. lætari bonoq; in maximis etiam periculis, quæ vel sibi*  
*vel corpori suo mystico intentantur, esse solet animo; inuitur n.*  
*actum non futurum modò, sed & consuetum ac continuum fore* Psal:  
2: v. 4. & quidem quod vox Hebr. importat, quam LXX. communi-  
ter transferunt *ἐνφραίνουαι*, gaudio vehementi & effuso, quod men-  
tem animumq; alicujus ita pervadit, ut de præsentibus bonis eorumq;  
fruitione omnem jucunditatem, cum suavissima quadam delectatione  
sentiat: quale gaudium solet esse messis tempore Esa. 9: v. 3. vel  
juvenis in adolescentia sua, Eccles. 11: v. 9. vel mercantium, dum ex  
voto lucrantur, Ezech. 7: v. 12. etiam si v. quis oppidò in istiusmo-  
di, quæ carnis jucunda sunt sensu, delectetur: longè tamen super-  
eminet lætitiæ filiorum Dei spiritualis, quam in Deo propositio experi-  
untur, 1. Sam. 2: v. 1. Psal. 31: v. 8. Esa. 61: v. 10. Luc. 1, v. 43. per  
efficacissimam Spiritus consolationem, Rom. 5: v. 5. Gal. 5: v. 22. ma-  
ximè a. præstat lætitiæ Christi hominis, quandoquidem *pre confor-*  
*sibus oleo lætitiæ unctus est* Psal. 45: v. 8. Joh. 3: v. 34. undè etiam hæc  
sua lætitiæ describitur ut planè cordialis, Psal. 16: v. 9. adeoq; longè  
pretiosissima Conf. Prov. 15: v. 23. & 27: v. 23. cujus  
magnitudinem cum exprimere satis nequiret Propheta Regius, erum-  
pit in sanctam admirationem, dum addit: *Huru ganffa glad æt*  
*han! Quam valde exultat! Quam tripudiat vehementissime!* Ubi  
& admiratio ineffabilitatem gaudii docet, & præterea verbum satis  
amphaticum est in Hebr. Convenit ferè cum Græco *ἀγαλλίαω* &  
insigne exprimere solet gaudium, foras per omnia quasi membra pro-  
rumpente lætitiâ, nempe, ubi & *interius* pleno corde (Prov. 24: v.  
13.) & *exteriori* lætitudinis gestibus, *salsando, canendo, &c.* hilares  
nos præbemus: quemadmodum quis de irritis machinationibus ho-  
stium impense gaudet Psal. 13: v. 6. vel pater aliquis aut mater de  
filio morigerò, Prov. 23: v. 24. vel Deus ipse se gavissurum super  
populo suo promittit, Esa. 65: v. 19. Et certe ea est conditio Regis  
hujus, ut serio possit exultare & gloriari præ cæteris hominibus omni-  
bus: est n. *unus homo in gratia.* Rom. 5: v. 15. *in quo complacuit o-*  
*mnem plenitudinem inhabitare,* Col. 1: v. 19. Non tamen ita suam  
hanc

Quam valde exultat! Quam tripudiat vehementissime!  
Sicut est in theatro & in amatorio  
Sicut in theatro & in amatorio



hanc reputat lætitiã Christus, ut membris suis per fidem ipsi unitis  
haud ullam ejus partem tribuere velit, Conf. 2. Cor. 1: v. 5. est n. no-  
bis à Deo factus redemptio, ut & nos gloriemur in Domino 1. Cor. 1: v.  
30, 31. & lætemur coram eo, sicut exultant victores capta præda,  
quando dividunt spolia, Esa. 9: v. 3.

*U S U S:* Rex noster Clementissimus, cum tota Regia Do-  
mo, & universis regni incolis, maximum concepere luctum a-  
missio Rege Optimo CAROLO XI. illorum a. solatium è sola-  
mine Regis natum, & quod ipse jam divina fretus gratia regni  
administrationem & imperii onus sustinebit. Dum n. ipse regios fa-  
sces capeffens, lætitiã gentis Dei Psal. 106: v. 5. in Christo Rege suo,  
Psal. 149: v. 2. Cant. 1: v. 4. coram Deo, Psal. 68: v. 4. piè lætatur,  
dum sanctè exultat in Deo & auxilio ejus opportuno, Psal. 20: v. 6.  
quo populum suum ex præsentissimis periculis eripere vult, dum induit  
Spiritu Domini, Conf. Jos. 6. v. 34. sic ut ejus virtute, qui Spi-  
ritus principalis audit Psal. 51: v. 14. in mediis adversitatibus SIBI cum  
Patria communibus, gloriatur tamen in Deo, Rom. 8: v. 3, 5. II.  
sancta exultatione, cum Davide Psal. 9: v. 2, 3, 15. & 63: v. 8, 9. o-  
mnibus nationibus & populis sacratissimo imperio suo subjectis no-  
vum lætitiæ vexillum erigit, eosdemque illis piissimi Vatis verbis ad  
ejusdem sanctæ lætitiæ consortium invitare videtur Psal. 37: v. 27. &  
89: v. 16, 17, 18, 19. Meminimus utiq; & quidem cum horrore, media  
die occidisse SOLEM Amos. 8: v. 9. omniumq; ora & pectora in  
luctus, in singultus, in tristes lamentationes exinde vel vacare vel  
vacasse, Thren. 1: v. 15, 16, 17. ast jam in medio quoq; tenebrarum  
SOLEM oriri, & novo jubare Svedicum cœlum illuminare, novæ  
lætitiæ radiis nubilas mentes serenare, vitamque & spiritum uni-  
versis nobis denuo adferere sentimus, Conf. Psal. 97: v. 11. Reputemus  
nobiscum, quanta hic salus nobis contigerit: qui modò ceu  
exanime corpus CAPITATE truncati, vix spiritum duximus, jam rede-  
unte exoptatissimo Divini CAROLI spiritu in omnium artus venasq;  
reviviscimus: qui modò horribili plaga & vulnere per mortem Re-  
gis Exoptatissimi CAROLI XI. faucibus & prostrati jacuimus, jam inestimabili  
Dei nostri munere paratam & servatam in media clade ex eo-  
dem divino sanguine medicinam haurimus: qui modo orbatu Patriæ  
Patre, fidei defensore, justitiæ vindice, mactata omnia, omnia atro-  
cia metuere potuimus, jam amissa bona in REGE REGIS Filio ex asse

reponi videmus, Conf. Syr. 30: v. 4. seq. Quandoquidem à hoc omnè ineffabilis in nos clementiæ divini est argumentum & beneficium, Neh. 12: v. 43. NB. 2. Chron. 2, v. 11. Esa. 51: v. 3. quod tam efficaci solatio calamitates nostras voluerit distinguere 1. Sam. 2. v. 6. Hiob. 5: v. 18, 19. & malignorum temere miseris nostris insultantium, Psal. 42. v. 11. & 115: v. 2, 3. ora tam præsentis & tanta salute nostra obturare Hiob. 8: v. 20, 21. Psal. 64: v. 10. agnoscamus id devotis & gratis mentibus Deut. 32: v. 39. Psal. 30: v. 12, 13. & 68: v. 20, 21. & 79: v. 13. & 113: v. 3, 4. & 116. v. 12, 13. & 126: v. 2. & exultemus cum tremore Psal. 2: v. 11. in piis precibus de continuanda gratia divina, Psal. 90: v. 14 - 17. per seriam & infucatam poenitentiam nos ab omnibus illis, in quibus mundus etiam increpatus à Domino lætitiæ quærit, Esa. 22: v. 13. 1. Joh. 2: v. 16. NB. Prov. 2: v. 14. Jer. 11: v. 15. avocantes, & gaudentes in Domino Phil. 4: v. 4. optantes gloriam ejus eamq; sedulo, quantum in nobis est, promovere studentes, Deut. 32: v. 3. 1. Cor. 10: v. 31. ut ipse quoq; Christus Rex Ecclesie sue & Deus, cujus immensa gratiæ, hanc lætitiæ nostræ summam acceptam debemus, exultet in nobis, Deut. 30: v. 9. Esa. 62: v. 5. Soph. 3: v. 17. NB. Esa. 9: v. 17. & benefaciat nobis Jer. 32: v. 41, 42. fiet verò id, si in exemplo *Maximi & Pientissimi Regis Nostri* ad ductum verborum Textus ponderabimus,

*II. In quo Solamen?* Nimirum (1) in robore Jehovæ, i. titio Krafti in robore tuo, vel propter robur, propter fortitudinem tuam. Celebrat Ecclesia dona ac majestatem Christo homini communicatam, tanquam originem & causam non impellentem modo, sed & conservantem, imò objectum gaudii ipsius. Intelligit n. per *robur* vel *fortitudinem* Jehovæ, locutione *Synecdochica*, omnem Majestatem divinam, sic namque hæc ab illa describitur quoque 1. Chron. 30: v. 11, 12. Hiob. 36: v. 5. Esa. 1: v. 24. & 40: v. 26. add. Syr. 1: v. 8. Luc. 1: v. 49. &c. quæ ipsius Dei est & manet propria, sed Christo homini in primo statim conceptionis momento, per veram, realem & nunquam terminandam participationem, in unitate personæ Filii Dei, est communicata, Psalm. 45: v. 7. Joh. 1: v. 14. Col. 2: v. 9. NB. Joh. 16: v. 15. & in subsecuta ad dextram Patris exaltatione, in *plenarium usum & exercitium* ab ipso translata Psalm. 8: v. 5 & 110: v. 1. Hebr. 1: v. 3, 9, 13. nam in statu exinanitionis plenario ejus usu abstinuit, similis regi minorenni & heredi infanti; Gal. 4: v. 1. reverà interm & tunc & deinceps respectu hujus suæ divini gloriæ *Jehovah gibbor, Deus potens & fortis*, Psalm. 24: v. 8. add. Gen. 49: v. 10.

Esa. 9:

*Esa. 9: v. 6. virtus altissimi Luc. 1: v. 35. fortior forti armato, Luc. 11: v. 22. Dei virtus 1. Cor. 1: v. 24. Leo de tribu Juda Apoc. 5: v. 5. ingens certè est hæc & infinita materia lætitiæ in Christo homine: Effectus etiam hujus gloriæ in Christo Rege exaltato, lætitia summa & perfectissima, non nudum læti saltem animi adfectum concilians, sed insuper collocans eum in beatissimo statu, Psalm. 16: v. 11, quapropter *Oleo exultationis*, h. e. quod lætitiæ & exultationem efficit, confertur Psalm. 45: v. 8. qui locus pariter juxta interpretationem Apostoli Hebr. 1: v. 9. de *statu Christi glorioso* agit: Licet namque Christus homo in humilitate sua maxima beatum statum habuerit, cum nunquam extra intimam Divinitatis præsentiam Col. 2: v. 9. & gratiam Patris Matth. 3: v. 17. Joh. 8: v. 29. aut sine Spir. Sancti consolatione seu exhilaratione fuerit Esa. 11: v. 2. nusquam tamen legimus, quod *status humilitatis* beatus aut lætus adpellatus sit, Conf. Esa. 53: v. 2 & 5. Matth. 8: v. 20. NB. Hebr. 12: v. 2. interim non existimandum, quod sine singulari gaudio in diebus carnis suæ, dixerit Salvator de collata hac sibi Majestate, quæ leguntur Matth. 11: v. 26. & 18: v. 20. & 26: v. 64. & 28: v. 18, 20. Marc. 2: v. 10. Joh. 3: v. 13. & 5: v. 17. & 13: v. 13. & 17: v. 5. & 18: v. 37. præsertim cum secum reputaret, quantam humano quoque generi *salutem* virtute infusæ hujus gloriæ, Hebr. 9: v. 14. inque ea Deiformitatis voluntaria evacuatione pareret, Phil. 2: v. 6. 7. 8. add. 2. Cor. 8: v. 9. sic exultat (2) in *salute Jehovæ*, af tunc *Niely* juxta Hebr. in *salute mea*, i tunc *Satigheet* qua non ipsum tantum à morte salvasti, sed & vi mortis suæ humani generis Salvatorem constituisti; ita usurpatur vox, quæ communiter significat defensionem & ex periculis præsentissimis liberationem Psalm. 9: v. 15. & 13: v. 6. & 20: v. 6. & 106: v. 4. hoc loco *transitive*, quatenus per Christum salus præstita, nobisq; parta & collata est, Matth. 1: v. 21. Act. 4: v. 12. Hebr. 2: v. 10. & 5: v. 9. & 7: v. 25. & 10: v. 14. nam & illa meritiò *salus Jehovæ* dicta est, cum & *Deum* habeat auctorem, Psalm. 98: v. 3, 4. Joh. 3: v. 16, 17: 2. Cor. 5: v. 19, 21. & per Christum, qui *salutare Domini* Gen. 49: v. 18. Psalm. 119: v. 13, 166, 174. Esa. 49: v. 6. Conf. Luc. 1: v. 69. in *Deo salutis nostræ* Psalm. 79: v. 9. add. Psalm. 18: v. 3, 47. qui & ipsa *salus nostra* est Psalm. 27: v. 2, 9. & 62: v. 8. & 65: v. 6. & *apud Deum* nobis contingit, 1. Thess. 4: v. 17. Apoc. 21: v. 3, 7. quantopere verò exultarit benignissimus Salvator propterea, quod nobis subditis suis salutem*

hanc esset merito, sanguine & morte sua impetraturus, colligere licet ex Psal. 40: v. 8, 9, 10. Luc. 9. v. 51. & 22: v. 15. imò non exiguum gaudii Salvatoris documentum præbet, quod passionem suam licet acerbissimam, vocaverit tamen *modicum & pusillum*, Joh. 16: v. 16. quanta etiamnum adficiatur lætitia, cum homines partam jam salutem per fidem recipiunt, ostendit *exemplum* lætitiæ exultationis Christi Luc. 10: v. 21. prout in diebus carnis suæ contentum ejus, etiam lacrymis profecutus est Luc. 19. v. 41. Conf. Matth. 23. v. 37. & erat quoq; hæc lætitiæ pars Christo Regi promissa Esa: 53: v. 11, 12. Conf. Esa. 9: v. 3.

*USUS*: Gaudent Reges Christiani, etiam *Clementissimus Rex noster*, multiplici potentia populi & munimentorum regni, armorum & virorum gloria, opum regio cultu & magnificentia, Majestatis & Eminentiae proxima divinae sublimitate, subditorum & civium in imperantem pietate ac fide, rerum quæ vel ob honestam delectationem, vel ob eruditam curiositatem, vel deniq; ob sapientiæ aut dignitatis apparatus æstimari solent, copiosa suppellectili, Eccles. 2: v. 4-11. quibus recreare animos non immeritò possunt, in quantum sunt divinae benignitatis munera, ornamenta Majestatis, regiarum virtutum *clementiæ, liberalitatis, fortitudinis &c.* instrumenta, quæ & necessitati subvenire, & recreationi honestæ ac licitæ ministrare queunt, imò ad Ecclesiæ protectionem, ad externam à civium fortunæ vim propulsiandam, deniq; ad tuendam regiae fortunæ dignitatem, non spernendum conferunt momentum. Ast unica piorum Regum, inq; illis *Pientissimæ Regis CAROLI XII. in Deo & ejus robore* vera lætitia, in ejus salute gaudium Psal. 33: v. 21. & 63: v. 12. & 64. v. 11. undè non immeritò *Serenissima Regia Majestas*, dum in accessu ad gubernacula regni, unice ostendit se exultare in nomine Dei Psal. 89: v. 17. Conf. Prov. 18. v. 10. in Sancto Israelis Esa. 29: v. 19, in benignitate Psal. 31: v. 8. & salute ejus Esa. 25. v. 9. sua videtur fecisse verba Moysi, Exod. 15: v. 2. Davidis Psal. 9: v. 3. & 62: v. 7, 8. Propheta Esa. 12: v. 2. Novit scilicet *Prudentissimus Rex*, gaudium in Domino esse *fortitudinem nostram*. Neh. 8: v. 10. novit prægrave esse & arduum imperii onus, etiam provecitis ætate, juxtaq; longa & multa rerum experientia subactis sufficere Num. 11: v. 11, 12. 1. Reg. 3: v. 9. novit etiam, quam severè Deus principibus injunxerit, ne à lege & tramite recti unguem latum, sive ad dextram sive ad sinistram recedant, Jos. 1: v. 8. nullamq; hic humanam perfectionem

fectionem tantam esse, ut quicquam valeat, si absq; illa fuerit *Sapientia, quae thronum divinitatis circumstat*, Sap. 9: v. 4, 6. imò à Deo solo esse principum prudentiam pariter ac potestatem, Prov. 8: v. 14, 15, 16. successum quoq; citra ipsius gratiam & benedictione fore nullum, Psal. 76: v. 13. quocirca sub onere imperii per plenam fiduciam, in *robore Jehovae* omnem suam letitiam, in *salute Jehovae* omne gaudium collocat, Psal. 13: v. 6. & 18: v. 33, 36. & 92. v. 5. simulq; universis regni sui incolis illud insculcat Esa. 30. v. 21. Quod & forte non aliud, certe praecipue intinere voluit *Serenissima Regia Majestas*, admissio circa coronationem regiam sacro unctionis ritu. Sicuti n. praeter alios similis sacrae unctionis fines, olim *sanctum* illud *oleum*, Exod. 30: v. 23, seq. quo tangebantur Reges in populo Dei, non tantum symbolum, sed & medium erat conferendi dona Spiritus S. vid. 1. Joh. 2: v. 27. quae ritè administrando officio regio fuere necessaria 1. Sam. 16: v. 13, add. 1. Sam. 10: v. 6, ita non dedignatus est *Piissimus Rex*, dum similem ad modum inaugurari voluit, juxta Majestatis civinitatem, 1. Reg. 3: v. 7. & regium imperium lenitate temperatum, Luc. 22. v. 25. pacisq; promovendae studium, Conf. Psal. 133: v. 1, 2. insimul indigitare, quod ut externum hoc vastiss. orbis *Sueo-Gothici* regnum per *fortitudinem* & *salutiferam gratiam*, auxiliumq; divinum moderari: ita in regis cordis sanctissimo penetrali regnum quoq; Dei sui servare velit, Luc. 17: v. 21. per pacem, justitiam & gaudium in Spir. S. Rom. 14: v. 17. imo etiam regnum Christi, qui maximus *unctorum Domini* Psal. 2: v. 2. per universum Christianum orbem & latissimi imperii sui terminos, contra Diaboli furias & barbarorum insultus, clementer fovere, propagare, defendere, Esa. 49: v. 23. quare haud dubie per benedictionem quoq; divinam prosperabitur Psal. 89. v. 21, 22, 23, 25. succedit sic in Textu.

III, *Fructus & Effecta Fiducia in Deum.* Habuit m. Christus homo, tempore exinanitionis fiduciam in Deo repositam Psal. 16: v. 1. & 27: v. 8. licet ea non fuerit *specialis* illa fidei *justificantis*, qua non eguit Hebr. 4: v. 15, & 7: v. 26. ipse iustitiae coram Deo valentis auctor Esa. 53: v. 11. Jer. 23: v. 6. 1. Cor. 15: v. 30. sed potius *generalis* respiciens *defensionem, resurrectionem & exaltationem* Psal. 16: v. 8, 9, 10. ita hic fiduciae illius fructus est (1) *rerum desideratarum & petitionum concessio*, *Zu giswer honom hans Hiertes onsthan | desiderium cordis pro*

re ponitur desiderata, ut desiderium oculorum Ezech. 24: v. 16. Hagg. 2: v. 8. &c. vel sensu manente eodem supplicari potest, juxta desiderium cordis dedisti ei, Conf. Psal. 20: v. 5. nam & cordis desiderium ore prolatum evenisse ipsi dicitur: Och förmågrar inter hwad hans Mun beder / quibus idem effertur *negative*, quod priora dabant *affirmate*, cujusmodi επεξηγήσις & repetitio videri potest Psal. 15: v. 2, 3. Hol. 5: v. 3 & 11: v. 9. &c. juxta Hebr. emphatice, & pronunciatum labiorum non subtraxisti ei, j. e. preces sanctissimis Christi labiis pronunciatas, quæ quasi vim quandam sententiæ obtinere, quia cum ipse decreverat aliquid, verba ipsius erant firma: quod cum consideratu dignum sit, nec cum sequentibus ad eundem Christi Regis statum spectet, additur Sela vox pauasæ & attentionis: pertinent scil. ad exinanitionem preces Christi in angustiis humiliter ad Patrem fuscæ, Matth. 26: v. 38. seq. Luc. 22: v. 44. NB Joh. 17. v. 1. seq. Hebr. 5: v. 7. quas tamen Pater semper elementissime exaudivit Joh. 11: v. 41, 42. etiam cum trepidante carne ut verè humana, Conf. Hebr. 2: v. 17, 18. & 4: v. 15. deprecaretur calicem crucis Matth. 28: v. 39, submittens interim ejus voluntatem voluntati Patris, & se sponte passioni offerens Luc. 22: v. 42. cum u. divina Omnipotentia conservatus fuerit in passione, tandemq; è diaboli & organorum ejus furoribus liberatus, utiq; tandem ejus desiderio ita etiam satis fiebat: Psal. 135. 2. & 135. 5. secuta quoq; est in statu exaltationis (2) benedictionum abundantia, ty tu öfwerstuddar honom med god Wäsignesse / Hebr. prævenis eum, corrigit Ecclesia per decentem επανόρθωσι, quod dixerat de petitionibus labiorum: insinuat quippè non tantum rogatum annuisse Patrem Cœlestem obsecrationibus Filii, sed vota m. ejus antevertisse, Conf. Esa. 65: v. 24. undè sensus est: Tu, ô DEUS, prior es dando, quam ille petendo: imò liberalior es ac superior benefaciendo, quam ille postulando: nam prævenis eum benedictionibus boni i. e. copiosissimis beneficiis, cum DEi benedictione sit benefacere, & licet benedictio involvat bonitatem, nihilominus illa juxta exprimitur, ad inveniendam benedictionem singulariter bonam, vel quæ bonum quasi universum catervatim advehat, Conf. Prov. 24: v. 25. vox Hebr. הַרְבֵּה non incommode per abundantiam exponi videtur ut Psal. 84: v. 7. quemadmodum ευλογία Rom. 15: v. 29. 2. Cor. 9: v. 5, 6. erat Christus in passione maledictum Gal. 3: v. 13. add. Psal. 69: v. 3. at post

*Handwritten notes in a cursive script, likely a continuation of the text or a commentary, written in brown ink on aged paper.*

v. 3. at post resurrectionem, non tantum declaratus est *Deus benedictus in secula* Rom. 1: v. 4. & 9: v. 5. sed fons quoq; salutis & benedictionis Eph. 1: v. 3. reversus n. est à morte onustus divinis benedictionibus, non illis tantum pro sua persona acceptis, sed quas in universum genus humanum effudit, Joh. 1: v. 16. add. Gen. 22: v. 18. Rom. 4: v. 25, 1. Pet. 1: v. 3, 4. recententur illæ Regis Christi benedictiones in sequentibus hujus Psalmi versiculis: At eminet in illis, quæ jam nominatur (3) *Corona splendor*, tu sätter ena gyllene Krono uppå hans Hufvud! intelligitur gloria & majestas regia, h. e. *πρωτογενης* ac potestas infinita, quæ Christus homo, cujus *capiti* loco coronæ spinæ, quam tempore passionis gestabat Matth. 27: v. 29. conf. Cant 3: v. 11 hoc diadema dicitur impositum, in sessione sua ad dexteram Patris coronatus est, Psal. 8: v. 6. Hebr. 1: v. 7, 8, 9. testatur n. summa coronæ hujus pretiositas, cum sit ex *auro purissimo*, (videatur vox Psal. 19: v. 11. Item Cant. 5: v. 8. &c.) de eminentia, qua nulla major Phil. 2: v. 9, 10, 11. de regni Christi & civium ejus præstantia Psal. 45: v. 7, 10, Jer. 23: v. 5. de ejusdem solidissima duratione, &c. Psal. 110: v. 1, 2. Luc. 1: v. 33. Conf. dicta de *proprietatibus* Regis Christi ad Memb. I.

*USUS*: Collata suat liberali Dei nostri manu etiam in *Augustissimum Regem CAROLUM XII.* juxta illam Regiæ fortunæ dignitatem, summa tam regii animi quam corporis bona, tanquam ingens benedictionum divinarum curculus. In quibus subjunctissima veneratione cum primis commemorari meretur religionis pure Christianæ & pietatis veræ amor, sapientia ex voto cordis sui, 2. Chron. 1: v. 9, 10. fortitudo heroicâ major & planè regia, illa deniq; conformata proximè ad divinitatem indoles, quæ nil nisi excellum capit, nil nisi justum adprobat, nil nisi pium sequitur, Conf. Sap. 8: v. 19, 20, ut merito tanta dona veneremur, cum glorificatione nominis divini 1. Reg. 5: v. 7. & 10: v. 9. add. Ruth. 4: v. 14. Utinam v. ut subditissima devotione erga *Serenissimum Regem*, sic devotissima pietate in Deum bona nostra in *hoc cæli deposito* convoluta gratè agnoscamus, agnita ardentè amemus, amata studiose servare allaboremus! Ne ingratitude & impoenitentia provocemus Deum denuo ad iram, aut contristando Spiritum ejus, subministremus ipsi causam repetendi à nobis salutem, in quâ jam tanto opere & merito latamur, Prov. 28: v. 2. Sit a. hoc ipsum inter cætera vel jucundus nobis & *svavis stimulus*, vel ratio illex, qua  
vigilemus

argeamur in dies, ut ad novitatem vitæ & verâ pietatis studium; ita ad fundenda sancta & pia vota pro incolunitate *Serenissima Regia Majestatis*, tum semper, tum imprimis nunc hoc solenni loco & die, quo memoriam coronationis regis devote retractamus, Ut vivat, vivat, oremus, PIUS, FELIX, AUGUSTUS, Clementissimus Rex noster CAROLUS XII, et lætificeat DEUS semper unctum suum in gaudio cum vultu suo, Psal. 21: v. 7. faciatque, ut sit ipsi in posterum quoque perpetua & integra sancta hæc lætitia, ut exultet semper anima Regis Suae Majestatis in Domino, & delectetur super salutari suo, Psal. 35: v. 9. induatur & insimul virtute ex alto, Luc. 24: v. 49. requiescat quæsumus super Clementiss. Regem Spiritus Domini, Spiritus consilii & fortitudinis, &c. Esa. 11: v. 2. protegat Eum nomen Dei Jacob, mittat Ipsi auxilium de sancto! tribuat Ipsi quoque secundum cor suum! Et omne consilium Ejus confirmet! Impleat Dominus omnes petitiones Ejus! Exaudiat illum de cælo sancto suo! Psal. 20: v. 2, 3, 5, 7, 8. Impone, ô Domine, gloriam & decorem super Regem: da Eum in benedictionem in seculum seculi Psal. 21: v. 6, 7. ut multiplicentur dies Regis Suae Majestatis & addantur ipsi anni vitæ, Prov. 9: v. 11. ut innovetur semper gloria sua, Hiob. 29: v. 20. ut læcedat per vestigia Gloriosissimi Patris Incomparabilis Regis Divi CAROLI XI, Magni, Conf. 1. Reg. 9: v. 4. 2. Chron. 17: v. 3, 4. & 34: v. 2. ut quicquid olim & nunc radiat illustre, suspicitur augustum, fulget splendidum, adoratur cœleste & divinum in *Desideratissimi Regis* folio regali, armis victricibus, piis legibus, sceptro pacifico: id omne per immensam cœli benignitatem, in CAROLO XII, tantæ fortunæ & gloriæ cœlitus dato hærede, Rege Nostro Augustissimo semel iterumque duplicato fœnore, imò si fas est majora maximis requirere, terque quaterque multiplicato augetur! Conf. 1. Reg. 1: v. 37. ut magnificetur pietate, inclarescat sapientia & justitia, valeat fortitudine & robore, floreat felicitate & pace, ut quietam sub Eo & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate 1. Tim. 2: v. 2. ut reudeat in solio cum regia sua posteritate in seculum & exaltetur, Hiob. 36: v. 7. adde Psal. 121: v. 5, 7, 8. Concl. è Psal. 106: v. 1, 2, 3, 4, 5. cum doxologia 1. Tim. 1: v. 17,

S. D. G.

*Handwritten signature and text, likely a royal warrant or official document, written in cursive script. The text is mostly illegible due to the cursive style and fading, but appears to be a formal declaration or order.*